

Quo pertinent obligationes ex Contractibus, Delictis.

b) vel Mediata, quae ex facto quodam obligatorio oritur.

vel Immediata, quae ex praecepto legis sine hominis facto obligatorio descendit. v. g. obligatio patris ad alimenta liberis praestanda, *vel non obligatio patris solandi filiam.*

OBLIGATORIVM Factum, est, ex quo obligatio provenit.

Est

vel Licitum, quod vel Pollicitationem s. Promissionem, vel Conventionem inuoluit.

vel Illicitum, quod delictum vocatur.

POLLICITATIO est spontanea solius offerentis promissio de facto licito vel re in commercio existente sine acceptatione. (y) Seu: est promissio unilateralis sine acceptatione.

Est

vel Nuda, quae vim obligationem et actionem producendi nacta non est

vel Non Nuda s. Legitima, quae ex speciali legis approbatione vim obligandi accepit.

Haec requirit

- 1) personamabilem, i. e. habentem facultatem donandi.
- 2) animum deliberatum,
- 3) iustam causam.

Differt

VOTVM, quod est promissio Deo facta.

CONVENTIO est duorum vel plurium in idem placitum consensus. (z)

Hodie quoque vocatur

PACTVM, quod est

1) vel Expressum, quando verbis mentem declaramus.

vel Tacitum, quando factis mentem nostram declaramus, v. g. redditione chirographi.

2) vel Reale, quod ad heredes et fideiussores extenditur.

vel Personale, quod solas paciscentium personas respicit. v. g. a te solo non petam, vel quamdiu in viuis non petam.

vel mixtum, quod ab una parte e. reale, ab alia

(y) Lib. 50. tit. 12. ff. de pollicit.

(z) Lib. 2. tit. 14. ff. de pact.

beni parte personale. L. 57. §. 1. ff. de pact.